

Augustinus, Aurelius; Hieronymus: De spiritu et littera. Add: Thomas Aquinas: Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae. De suffragiis missae / Sermones duo de resurrectione mortuorum; De fuga mulierum; De continentia; De contemptu mundi. Add: Hieronymus: Epistola ad Paulinum presbyterum; Augustinus: Sermones de vita clericorum. Add: Hieronymus: Ordo, seu Regula vivendi Deo ad Eustochium

[Cologne: Printer of Dictys (Arnold Ther Hoernen) / Cologne: Ulrich Zel / Cologne: Printer of Dares (Johannes Solidi Seite 89 (Schilling))], About 1470-72

Ille vero incredulus vel potius insipiens aut ut ve-  
trius dicam inexpectus plangeret quidem forsitan  
primo. sed expecto credens consolatus abscederet et  
futuram messem cum expecto speraret. Sed solent  
videri per annos singulos messes. generis autem  
humani una ultima in fine seculi messis assurgat  
Ostendi nunc onibus non potest. sed de uno principa-  
li grano datum est experimentum: Dicit ipse dominus.  
Si granum sic manserit et non mortificatum fue-  
rit solum manebit. dicens de sua mortificatione  
quia multiplex futura est in illo credentium resur-  
rectio: Exemplum datum est de uno grano. sed tale  
exemplum cui crederent omnes qui grana esse vel-  
lent: quod et omnis creatura loquitur resurrectionem  
si surdi non sumus. unde conuenienter debemus quid in fine  
semel de genere humano factus est deus cum tot similia  
cotidie videamus: Resurrectio christianorum semel erit.  
sompnus animalium et euigilatio cotidiana est. Dor-  
mire mortis simile est. euigilare resurrectioni simile est.  
Ex hoc quod cotidie fit. et de quod semel futurum est Luna  
per omnes menses nascitur. crescit. perficitur. minuitur. et  
sumitur. immouatur: Quod in luna per menses. hoc in re-  
surrectione semel in toto tempore: Quod id quod de dor-  
miens cotidie. hoc de luna per singulos menses: Unde  
abunt unde redeunt frondes arboribus. in quibus secreta dis-  
cedunt de quibus secretis adueniunt: Diems est cerne nunc  
arbores arboribus similes. ut nullo tempore virescunt